



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

1 Primo legat quisque divinum jus hominisque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

CONCORDIA  
DISCORDANTIUM  
CANONVM,  
AC PRIMUM DE JURE DIVINÆ

& HUMANE CONSTITUTIONIS.

DISTINCTIO PRIMA.

**I**VMANUM genus dubius regitur, naturale uidelicet iure, & moribus. Ius naturale est, quod in lege & Evangelio continetur, quo quisque iubetur alii facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alii inferre, quod sibi nolit fieri. Unde Christus in Evangelio: *[Omnia quaecumque] vultis, ut faciant vobis homines & vos eadem facite illis. Hoc est enim lex & propheta.]*

Not. 1. Ac primum Hoc loco in manucriptu codicibus magnis est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio: partim vero legitur de jure scripto & non scripto, & quod cui praeponatur, & legum authoribus, & duorum maiorum electione, sive dispensatione. Aut, Ac primum de jure constitutionis natura divinæ, & humanae. Aut, De jure naturæ, & humanae constitutionis, quam Dominicus de Gemianis agens, & extat in normalia antequiobus editionibus. Aut, De jure naturæ & constitutionis, qua inscriptio maxime videtur convenire traditione Gratiani, qui sepe ad hoc capita revertitur, ut initio distincti 5.7.8.15. & 11. q.s.c. si qua causa, hinc ratione locum indicans scribit: Requirere in principio, ubi differentia signatur inter ius naturale, & ius constitutionis. Veroruntamen in hac tanta varietate, que ut alia collectura mutantur, argumento esse posset, nullam hic a Gratiano ipso positam esse rubricam, sive visum est retenta vulgata editione certas indicate.

¶ Divina leges natura, humanae moribus constant.

C. I. In lib. Eymold. c. 1. ait.

OMNES leges aut divina sunt, aut humana. Divina natura, humanae moribus constant: ideoque haec discrepant, quotidianum alii gentibus placent. ¶ Fas lex divina est: ius lex humana. ¶ Transire per agrum alienum fas est, ius non est.

Ex verbis huius autoritatis evidenter datur intelligi, in quo differentia inter se lex divina & humana, cum omne quod fas est, nomine divina vel naturae legi accipiat: nomine vero legi humanae mores iure conscripti & tradiri intelligentur. Et autem ius a generale nomine, multas sub eius continent species.

¶ Ius genus, Lex autem species est.

C. II. In lib. Eymold. c. 1. ait.

IUS generale nomen est, lex autem juris est species. Ius autem est dictum, quia iustum est. Omne autem ius legibus & moribus constat.

C. III. ¶ quid sit lex.

Ex est constitutio scripta.

C. IV. ¶ quid sit Mos.

MOS est longa consuetudo de moribus tantummodo tracta.

a Matth. 7. b per alienum) in Isid. manusc. c Isid. ed. c. 9. Isid. ibid. Ivo p. 4. c. 200. d tantumdem) in orig. manuscr. & aliquo Gratiani. Isidor. ibid. Ivo ibidem. Pann. 2. c. 161. Tertullianus in libro de corona militia.

¶ Apud Isidoro, haec antecedunt, Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex a legendu vocata est, qd scripta est. Mos aut longa consuetudo est, &c.

C. V. ¶ quid sit Consuetudo.

CONSUETUO autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. ¶ Nec differt, an scriptura an ratione constat, quando & legem ratio commendat. ¶ Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, duntaxat quod religione conveniat, quod discipline congruat, quod saluti proficiat. Vocatur autem consuetudo, quia in communione est usu.

¶ Cum itaque dicatur: non differt utrum consuetudo scriptura vel ratione constat: apparet quod consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantum utentium est reservata. Quia in scriptis redacta est, constitutio sive ius vocatur. a quo vero in scriptis redacta non est, generali nomine consuetudo videlicet appellatur. Est autem & alia divisio iuri, ut in cod. lib. 5. c. 4. restatur Isidorus sic dicens.

C. VI. ¶ quae sint species iuri.

IUS autem aut naturale est, aut civile, aut gentium.

C. VII. ¶ quid sit ius naturale.

IUS naturale est commune omnium nationum, eodem quod ubique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur, ut viri & foeminae conjunctio, liberorum succelus & educatio, i.e. communis omnium possessio, & omnium una libertas, acquisitio eorum quæ celo, terra, mariquæ capiuntur, item deposita rei, vel commendatae & pecunia restitutio, violentia per vim repulsio. ¶ Nam hoc, aut si quid hunc simile est, nunquam injustum, sed naturale, aequumque habetur.

¶ Successio] In tribus codicibus manucriptis Isidori, & aliquo Gratiani, legitur, liberorum suscepitio & educatione, que lectio convenit cum L. ff. de justit. & iure, verbo, hinc descendit.

C. VIII. ¶ quid sit ius civile.

IUS d. civile est, quod quisque populus, vel quicunque civitas sibi proprium divina humanæ causâ constituit.

C. IX. ¶ quid sit ius gentium.

IUS e gentium est sedium occupatio, adificatio, munitione, bella, captivitates, servitutes, postiumenta, foedus a pace, inducere, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde ius gentium appellatur, quia eo iure omnes ferè gentes utuntur.

a Quando sta simpliciter, ut ex nunc statutur, sed si consuetudo publica auctoritate in scriptis redigatur & auctoratur an dubitetur & alia probatione opus sit, nihilominus consuetudo est. b Ius autem naturale) orig. & aliquo Gratiani codicis. Isidor. ed. c. 4. c. al. commode restitutio. d. Isidor. ed. lib. c. 5. e. Isidor. ed. lib. c. 6. f. & inde ius gentium quia eo) ort.

A

## C. X. q̄ quid sit ius militare.

**I**us militare est belli inferendi solennitas, foderis faciendi nexus, signo dato egredio in hostem, vel pugna commissio, item signo dato recepito: item flagiti militaris disciplina, si locus deferatur, item stipendiorum modus, dignitatum gradus, praemiorum honor; veluti cum corona, vel torque donantur, item praece decisio, & pro personaz qualitatibus & laboribus a iusta divisa, ac principiis portio.

## C. XI. q̄ quid sit ius publicum:

**I**us b publicum, est in sacris, & in sacerdotibus, & in magistratibus.

## C. XII. q̄ quid sit ius Quiritium.

**I**us c Quiritium est proprium Romanorum, quod nulli tenent, nisi Quirites, id est Romani. q̄ In quo agitur de legitimis hereditatibus, de cessionibus, i.e. de tutelis, de usurcationibus, quae jura apud nullum alium populum revertuntur, sed propria sunt Romanorum, & in eisdem locis constituta.

i ¶ Cretionibus] Antea legebatur, vel curationibus, vel de contractibus. Emendatio est ex codicibus Isidoris tam impensis quam manuscriptis. Quid autem sit creto declarat Ulpianus in suis titulis, c. 22. & ipsam et Isidoris eod. lib. 5. Etym. cap. 24. & Alia at 3. dispendit. c. 7.

## DISTINCTIO II.

**C**onstitutio autem ius Quirinum ex legibus, & plebis, & senatus consilium, & confiunctionibus principum, & cedentia, & sive responsa prudentium.

## C. I. q̄ quid sit Lex.

**L**ex est constitutio populi, qua maiores natu sumul cum pleibus aliquid lancerunt.

## C. II. q̄ quid sit Plebis.

**P**lebis est g sicut, que plebes tantum constitutio: & vocantur plebiscita, quod ea plebs sciat, vel quod faciat, & roget, ut faciat.

## C. III. q̄ quid sit Senatus consilium.

**S**enatus consilium est, quod tantum senatores populis consulentes decernunt.

## C. IV. q̄ quid sit Conflitio vel edictum.

**C**onflitio, & vel edictum est quod Rex, vel Imperator constituit vel edicit.

## C. V. q̄ quia finis Responsa prudentium.

**R**esponsa in prudentiis sunt, quae iurisconsulti respondere dicuntur iurisconsultis, unde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri equitatis, qui institutiones & civilis juris compotias ediderunt, quibus dissidentium lites contentiones sopirent.

## C. VI. q̄ quia finis Tribunalia vel consulest.

**T**ribunalia etiam leges dicuntur ab iis, qui condiderunt, ut consulares, Tribunitiz, Iulia, Cornelia. Nam & sub Octaviano Caesar suffici consules Papius & Poppeus legem tulerunt, quae a nominibus eorum appellatur Papia Poppea, continens patrum premia pro fulciendis liberis. Sub eodem quoque Imperatore Falcidius Tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis & testamento legaret, quam in quarta pars superfecti haredibus, ex cuius nomine lex Falcidius nuncupata est.

i ¶ Papius] Antea legebatur, Papius, & Pompeius, & paulo post, Papia & Pompeja. Emendatio est ex manuscriptis exemplaribus Isidoris. Nam in impresso notaverat errorum Almanus lib. 3. cap. 3. In tabulis autem Capitolini annuario DCLXI. ex Calen. Iul. suffici consules numerantur M. Papus. Q. Poppeus.

a laboris) orig. b Isid. eod. l.c. 8. l. 1. 9. Ius publicum ff. de iusti. & iur. c Isid. ibid. l. 9. d. Ex Isidor. ibid. e ante legebatur) ex edictis senatorum. f Isid. eod. l. c. 10. g Isid. eadem le. c. 11. h. vocata festa) orig. i Isid. eod. cap. 72. k Isid. eod. l. 12. l. ante legebatur) edidit. m Isid. eod. l. c. 14. n. al. constitutiones. o Isid. ibid. cts.

2 ¶ Extrancis] Hac dictio non est in Chronico Eusebii à D. Hieronymo latinitate donata, ac locupletata (unde haec videntur similes Isidorus) nec in leg. 2. 2. ss. ad leg. Fal. ubi referuntur propria verba ipsius lego. Est tamen apud Isidorum etiam in codicibus manuscriptis.

## C. VII. q̄ quae sit Lex Satyra.

**S**atyra, a vero lex est, qua de pluribus simul rebus loquitur dicta a copia rerum, & quasi saturitate: unde & satyram scribere est poemata varia condere, ut Horatii, Iuvenalis, & Persii.

i ¶ Satyra] In aliquot Gratiani manuscriptis codicibus, & uno Isidoris legitim. Satura, de qua ita Festus: Satura est cibi genus ex variis rebus conditum; & est lex multa alii conferunt legibus. Itaque in sanctione legum adscribitur; neve per saturam abrogato, aut derogato, & alia quedam in hanc sententiam.

## C. VIII. q̄ quae sunt Rhodia leges.

**R**HODIA b leges navalium commerciorum sunt ab insula Rhodo cognominate, in qua antiquitus mercatorum usus fuit.

## DISTINCTIO III.

1 **O**mnes hec species secularium legum partes sunt. Sed ps quia constitutio alia est civilis, alia ecclesiastica, ci-vili vero forense, vel circulus juri appellatur: quo nomine ecclesiastica constitutio appellatur, videamus. Ecclesiastica consti-tutio, canonis norme constituta: Quid autem sit canon, Isidorus in lib. 6. Etym. c. 16. declarat dicens.

## C. C. L. q̄ quid sit Canon.

**C**anon gracie, Latine regula nuncupatur.

## C. II. q̄ Unde dicitur regula.

**R**egula c dicta est, eo quod recte dicit, nee aliquando alterius trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi praebeat, vel quod disformat, pravumque dicitur.

2 ps. i ¶ Porro canum alijs sunt decreta Pontificum, alii statuta conciliorum. Conciliorum vero alia sunt universalia, alia provincialia. Provincialium alia celebrantur auditoritate Pontificis Romanis, praesente videlicet legato sancte Romane ecclesie: alia vero auctoritate patriarcharum, vel primatum, vel metropolitarum eiusdem provincie. Hoc quidem de generalibus regulis intelligenda sunt.

i ¶ Sunt autem quedam privatae leges tam ecclesiasticae quam secularies, quae privilegia appellantur. De quibus s. lib. Etymol. cap. 18. Ibid. s. 18.

## C. III. q̄ quid sit privilegium.

**P**rivilegia sunt leges privatorum, quasi privatae leges. Nam privilegium inde i dictu est in privato feratur.

i ¶ Privilegium] Cicero 3. de legibus habet: Majores nostri in privatos homines leges ferri noluerunt, id est enim privilegium. Verum non semper eadem notione hanc vocari solet, sicut fidei, fiduciae, & alii nomen.

3 ps. i ¶ Officium vero secularium, sive ecclesiasticorum legum est, precipice quod necesse est fieri, ut prohibere quod malum est fieri, vel permittere licita, ut premium petere, vel etiam quadam illicita, ut dare libellum reputari, ne sint graviora. Vnde in eadem lib. c. 19. Isidor. scribit dicens.

i ¶ Fieri] Quae sequuntur, in aliquo venienti codicibus habent: prohibere quod malum est fieri, permittere vel licita, ut premium petere vel etiam quadam.

## C. IV. q̄ Quod sit officium legis.

**O**Mnis autem lex aut permittit aliquid, ut vir fortis petat premium, aut vetat, ut sacrarum virginum matrinas nulli petere licet: aut puniit, ut qui eadem fecerit, capite plectatur: ejus enim premio, aut poena vita moderatur humana, divina i precipit, & ut [Diliges Domum Deum tuum.]

i ¶ Divina] Hinc usque ad finem non sunt in codicibus al. Sanctora. Isidor. ibid. cap. 16. b s. Isid. 17. c. Isid. ibid. d. primum quid orig. e. Deut. 6.